D S
SI
COR







¶ Tractatus de venerabili Sacramento: et valore missarum: omnibus sacerdotibus vti=lis et necessarius



¶ Libellus de venerabili sacramēto. et valore missarum.

Deuotus quidam presbyter cōquestus mihi fuit: q circa venerabile sacramentum eucharistie quidam difficultates haberet: quarum solutionem facilē et planam inuenire non potuit prout sue simplicitati congruebat et a pluribus alijs simile audiui Et vt veritatem fatear. idipsum mihi pluries accidit in ipso primordio presbyteri mei. quare etiā multas inquietudines et scrupulos in corde sentiebā que nihilominus dono dei post informationem patrum meorum et scripta doctorum que diligentius perlegi/ penitus abierūt: ita vt qui nimia anxio corde solebam primam accedere ad tanti sacramenti celebrationem: post ea cum maiori cōfidentia ad ipsum festinaui. Et qui propter huiusmodi turbationes internas horrore et tedio afflictus. maluissem me ad presbyterij ordinem non fuisse promotū. aut certe occasionem legitimam habuisse rarius celebrandi: de post maximas egi grates pijssimo domino q me indignum peccatorem ad tam saluberrimū statum vocauit. et toto desiderio estuabam ad quotidie celebrandum. si canonicum impedimentum non occurrisset. Hec vt pie spero fuit mutatio dextere excelsi mecum. et q simile predicto presbytero amico meo contingit ex parte intellexi. et forte alijs pluribus idem euenire posset: quare visum est mihi secundum desideriū ipsius aliqua ex dictis auctēticis colligere plano stilo. pro qualicūque cōsolatiōe cordis sui. donec clemēs dn̄s. seipsum ostendat tibi. et consoletur eum plene illumineti que. Terminos aūt difficiles et allegatiōes studiose vitabo. ne īpedimētū afferāt intellectui. tn̄ ī margine singula loca ānotabo quā

tum visum fuerit. quia simplicitati seruimus.

Primo igitur firmissima fide est tenēdum q totus xp̄s sit in hoc sacramēto. ille idē qui natus ē de vgīe/passus in cruce/q sedet ad dexterā p̄ris/q venturus est iudicare viuos et mortuos. verissime in hoc sacramēto ɔtinetur.
¶ Persona aūt xp̄i i tribus substātijs existit. s. diuinitate aīa/et corpore. Unū sequtur q in hostia ɔsecrata realiter est ipse filius dei in sua ꝓpria psona et filius vginis marie. i. verus hō vnitus diuinitati i eadem persona. Ubi est diligenter aduertendū q panis nō cōuertitur in diuinitatē neq vinū. sz neq in animā christi. sed panis in corpus christi. et vinū i sanguinē transubstantiatur siue cōuertitur. Et qr diuinitas corpus est assumptū. nūq deposuit. Ideo vbicunq est corpus xp̄i necesse ē et diuinitatē eius esse. Similiter quia christus amplius nō moritur. ideo aīa eius semp est realiter corpori vnita. vñ sequitur q ex reali cōcomitantia vbicunq est corpus vel sanguis christi. q ibi sit diuinitas et anima xp̄i. Et qr christus īpassibilis est/ideo corpus et sanguis eius separari nō possunt. Ubicunq ergo est corpus xp̄i. ibi necesse est q etiā sit sanguis christi. et ecōuerso vbi est sanguis xp̄i: ibi est etiam corpus xp̄i ex reali concomitantia Ex quo vlterius patet q sub vtraq specie huius sacramenti totus christus continetur. Nam sub specie panis est corpus xp̄i ex vi sacramenti. sanguis autem ex reali cōcomitātia sicut iā dictū est de anima et diuinitate xp̄i. Sub specie vero vini. et sanguis christi ex vi sacramenti. corpus aūt christi ex reali cōcomitantia. Patz ergo q i hoc bñdicto et venerabili sacramēto tota nr̄a salus cōtinetur. Hec hmōi conuersio est

ita mirabilis ⁊ extranea. ꝙ vix credi possit. q̄re habemus plures mãductiones ad hoc in naturalibus que ante oculos nostros continue cernimus ex quibus infirmitas nostra multū iuuari potest si attente ꝯsiderent̄: Uidemus nãq̃ ꝙ ex purissimo ligno vermiculus generat̄ similiter ex pãno/ lana/ sirico/ pane ⁊ alijs quasi infinitis q̄ vtiq̃ sunt valde mirabilia: q̄uis assiduitate vilerūt. Quis vnq̃ ista crederet si oculis nõ vidisset? Si igit̄ tã mirabiliter hec vilia oĩpotẽs deus incessanter trãsmutare nõ dedignat̄. incredibile nequaq̃ est ꝙ ad ꝓlationē xᵖ̄ibꝫ sacramẽtalium transsubstantiare panē ⁊ viniĩ in corpꝰ ⁊ xp̄i sanguinem facillime possit: velitq̃. Similiter si ꝯsideret̄ quomodo pupilla oculi cū sit parua totius celi latitudinē in se recipiat. tūc icredibile nõ apparebit ꝙ per ocultã virtutē spūssancti ĩ parua hostia totus xp̄s cõtineatur. Solet etiã dari exẽplū de speculo/ in quo maxime neq̃ res relucẽt: ⁊ si ĩtegrū fuerit semel tm̄. Si aūt fractū fuerit. tūc in singulis partibꝰ ipsius ex quo manu ducimur ꝙ apud oĩpotẽtiã creatoris facillimū est vt etiã in qualibet parte hostie totus xp̄s cõtineat̄. Similiter de sole q̄ cū sit vnus totū mundū illumĩat ⁊ calefacit si hoc potuit illa summa maiestas ita ordinate. etiã pōt facere ꝙ ĩ diuersis mūdi partibꝰ hoc sacramentū celebretur ⁊ tamē in omnibus illis hostijs non plures christi: sed vnus christus ꝯtineat̄. Si igit̄ hec ⁊ alia plura bona voluntatis hõ diligēter aduertat. plena fide ĩ gr̄arum actionē surgere merito debet deuota mẽte laudãdo diuinã sapientiã que tot mirabilia vltra oēꝫ estimationē humanã quotidie ante oculos nr̄os operat̄ in tã imẽsa creatura. ⁊ nihilominꝰ pauca q̄dã abscon=

dit a sēsib⁹ nr̄is vt occasionē merēdi btīficā visionē habeam⁹. Uere ꝑ oīa fidelis de⁹ q̄ vtrobiq₃ nr̄a₃ salutē opaꝛ̄ ꝑ manifesta nos erudit ⁊ ꝓuocat: ꝑ occulta nos exercet ⁊ adiuuat. Et vt breuiter totū dicaꝛ̄. ipe bn̄dict⁹ dn̄s xp̄s iesus q̄ est plena merces btōꝛu₃ ipse quotidiana refectio viatorum. O quis audeat tm̄ dn̄m mādure. Et tamē hoc quotidie facimus nostra presumptione. sed sua tam clemēti dignatōe De hac suaui materia multa sunt scripta deuota et magnifica sanctaꝝ doctoꝛū. sed nequaq̄₃ sufficiūt tāte rei dignitati eo ꝙ nulla creatura mysteriū tanti sacramēti ad plenū laudare sufficiat. Satis sit cuilibet deuoto simplici sacerdoti ꝙ corde credat et ore cōfiteaꝛ̄ iuxta premissa. dn̄m iesum xp̄m verum deū ⁊ verum hominem in hoc benedicto ⁊ venerabili sacramento contineri. non quidem localiter sed sacramentaliter ⁊ miraculose. Quid autē hoc sit. nullus humanus aut angelicus ītellectus capit. sed sincera fides secure id possidet.

Secūdo ē aduertēdū ꝙ saluatoꝛ nr̄ hoc venerabile sacramētū ꝓpter tria instituit. Prīo vt haberem⁹ memoriale diuine caritatis. Scd̄o olocaustū summe maiestatis Tertio suffragiū nr̄e īfirmitatis. Et s̄₃ hec tria ēt triplicī noīaꝛ̄. Quātū ad p̄mū dr̄ cōio: quo ad s̄₃ dr̄ sacrificiū q̄ ad tertiū dr̄ viaticū. ¶ Prīo igr̄ hoc sacramētū est mēoriale diuine caritatis vt. s. gratissimus creatori ⁊ redēptori nr̄o q̄ ꝑpt̄ maximā suā caritatē cū nō essem⁹ nos creauit. ⁊ cū ꝑditi eram⁹ ꝑ sūmā ꝯdescensionē ⁊ humiliationē ⁊ amarā passionē nos recuperauit. In his duob⁹ dīna caritas ondiꝛ̄ altissime. ita ꝙ altius demōstrari nō potuit. Nō eīm idi-

guit nostri:sz vt nobis suã deitatẽ cõicare: ideo nos ꝯdidit: ꝛ redemit. Ecce sacr̄z cõionis. Benignissim⁹ ipse deus cõicauit nobis suã deitatẽ ꝛ nos cõicam⁹ sibi nostrã humanitatẽ. et vtrũqȝ nobis in hoc sacramento reliq̄t in sui memoriã dicẽs. Hoc facite ĩ meã ꝯmẽorationẽ. Uerũ q2 ista caritas in passiõe ꝛ morte magis hoĩs apparuit ideo vsitatius dr̄ memoria le dñice passionis. q̄ tñ passio ex illa caritate processit. Dicit̄ etiã cõi o quo ad nos: q2 inuicẽ vnimur per hoc sacramentum vt simus quedam spiritualis cõmunitas quod dicitur ecclesia. id est cõuocatio fidelium. De hac duplici cõione fit sepe mẽtio ĩ canone sicut est illud. Uñ et memores. ꝛc. Et illud. Pro ecclesia tua sancta. Et illud. Qui pridie qȝ ꝛc. cũ similib⁹
¶ Pro intelligẽtia horũ est aduertendũ vt origo et fundamentũ horum pleni⁹ sciatur ꝙ omni creature rationali necessariũ est huiusmodi gratitudinẽ ꝛ caritatem habeat ad suum creatorem alioquin beate viuere nõ potest. Patet de lucifero ꝛ angelis eius: ꝛ de nostres primis parentibus. q̄ ꝙcito a deo recesserũt ĩ dãnationẽ corruerũt. Sed q2 ãgeli irremediabilit̄ ceciderũt. ideo ꝑ illis hostia relicta nõ est. Homines autẽ ex mĩa dei gr̄am consecuti sunt: q2 non ex malitia peccauerũt. ꝛ ideo data fuit illis spes ad pristinã posse redire dignitatẽ. si diuinis monitis acquiescerẽt. Fuit autẽ voluntas dei vt hõ post lapsuz de offensa diuina doleret. et pro suo peccato ad tp̄s penitentiã ageret cũ firmo ꝓposito amplius nõ peccandi. et ꝙ iuxta suaz possibilitatẽ nihilomin⁹ creatorẽ suũ coleret ꝛ sup oĩa amaret ac pro bñficijs gratias ageret humiliter ꝛ longanimiter cuz bona spe expectando donec diuina pietas ip̄m plene ad gr̄az

reciperet. Sex cũ hoĩes voluptati ꝛ vanitati tractarẽt vix pauci reperti fuerũt qui iuxta bñplacitũ diuinũ hãc vitã artã tenuerũt. vñ ꝯtigit vt pene tota massa hũani gñis periret. Qđ vidẽtes sancti patriarche ꝛ prophete instinctu spũssancti sacrificia q̃dam instituerũt tanq̃ exteriora q̃dã signa per q̃ populum rudẽ ab ydolataria reuocarẽt ad cultũ veri dei ꝛ ad propriã infirmitatẽ ignauiã cognoscẽdã. ꝛ firmiter sperarẽt sibi saluatorẽ futurũ cui⁹ merito oẽs electi saluarentur. ꝛ ꝙ ista credere ꝛ obseruare eẽt necessariuꝫ ad salutẽ. De his fuerũt abel noe abrahã moyses. ꝛ alij amici dei qui hmõi sacrificia tanq̃ memorialia diuĩe caritatis studiose obseruabã: et alijs seruanda tradiderunt. Sed quia iste omnia euacuẽda per xp̃i passiõe erãt ideo clemẽs de⁹ hoc memoriale nobis reliqt ne sic oĩb⁹ cessantib⁹ in pristinã ingratitudinẽ laberemur et per ꝯñs cũ ceteres dãnaremur Quis eñ posset saluari post tãtã charitatẽ exhibitã si ingrat⁹ esset. qm̃ nemo nunq̃ saluari potuit etiaꝫ anteq̃ exhiberet saltẽ i spe nisi grat⁹ extitiret dño deo ꝓ hoc ꝙ eũ futurũ ꝓmisit. De hoc sũt mlta scripta veteris testamẽti. Quicq̃d eĩ illi credebant ꝛ venerabãt futuꝝ hoc nos credim⁹ ꝛ veneramur factũ. Ex quib⁹ clare ptꝫ ꝙ maxĩe necessaria fuit istitutio hui⁹ sacramẽti ꝓpt memorationẽ diuinorũ bñficiorum: ꝛ p̃cipue redẽptiõis nr̃e q̃ aliter fieri nõ potuit Quãq̃ eñ alia memoralia q̃ habem⁹ in scripturis in sermonib⁹. in picturis ꝛ silib⁹ vtilia sint tñ efficatia nõ sunt ad ꝯferẽdã grãm sicut hoc sacramẽtũ bñdictũ. neq̃ pñt refrenare aereas ptãtes q̃ ifatigabilit militãt ꝯ eccl'iam. Vñ ꝛ pauidis discipul' dñs ait. Nolite timẽ pusillus grex. ꝛc. Et iteꝝ. Cõfidite

q̃m vici mundũ. Itẽ. Ecce sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticũ: s ego rogaui ꝓ te patrẽ vt nõ deficiat fides tua: et tu aliquãdo cõuersus confirma fratres tuos ⁊ alia plera similia. In quoꝝ oĩm ꝯso letionem nobis reliqt dicens. Et ecce ego vobiscũ sũ omnibus dieb⁹ vsq₃ ad consummationẽ seculi.

Tertio est aduertẽdũ q hoc sacramentũ ẽ etiã institutũ in sacrificiũ vt scȝ haberem⁹ aliqđ dignum munus quod summe maiestati esset acceptuȝ Quod iteꝝ fuit maxĩe necessariũ: q₃ eñ vt dictũ est legalia sacrificia iã ĩ xp̃i passiõe euacuata erãt. si tũc nouũ institutũ nõ fuisset: eccl'ia sine sacrificio remansisset: qđ oĩno indecẽs ⁊ piculosissimũ fuisset. Primũ pȝ. q₃ nulla vñq₃ ipa fuerit siue sacrificio. siue añ legẽ siue sub lege. q₃ tomin⁹ tp̃s gr̃e sine ritu celebri p̃monere debuit. q aũt sacrificia legalia ꝑ xp̃ȝ fuerit euacuata. ptȝ: q₃ fuerũt testimonia futuroꝝ q̃ ĩ xp̃o ⁊ per xp̃m sũt ĩpleta Vñ si qs hodie offerat agnũ paschalẽ more iudaico mẽtiret̃ ĩpo facto q₃ diceret vel significaret aliqđ futuꝝ qđ iã ẽ factũ vcȝ xp̃i passionẽ. Exemplũ dat̃ de speculatore ĩ turri q̃ si daret signũ de aduẽtu regis futuro postq̃ venisset: argueret̃ mẽdacij. Quare pȝ oĩa legalia sacrificia hodie fore mortifera. Qđ etiã eadẽ reinstituẽda ꝑ xp̃m nõ fuerant tãq₃ in memoriã preteritoꝝ sic patet: q₃ cum tẽpus gr̃e sit dignius q̃₃ tẽp⁹ legis mosaice vel etiã nature. ideo debet igr̃ dignius q̃₃ tp̃s legis mosaice vel etiã nature: ideo dȝ hr̃e digniora sacrificia ⁊ digniora sacramenta. sȝ hoc non fieret si eadẽ reinstituerẽtur. Pariformiter pȝ q etiã nihil aliũ pure naturale debuit institui quod erat in cõi vsu ⁊ nõ potestate

apud hoies tā dignius qr lex pcepit digniora q
z ptiosiora deo offerri. Restat igit cp xps dns spon
se sue imaculate eccl'ie aliqd mun dignis z supna=
turale debuerit pferre tā in sacrm ꝙ in sacrificiū.
¶ Et hoc est illa supadmirandissima ptās ecclesie
ministris collata. tā sup corp xpi misticū id ē popu
lū fidelē quē sup corp xpi verū. i. hoc venerabile sa=
cramentū z ptiosū sacraficiū q ptās z sacramēta sit
z sacrificia pparant ppt suā dignitatē ad illa legalia
z naturalia sicut dies ad noctē lux ad tenebras rex
ad ministrū dns ad suū vmbra ad splendorē. Scdm
vez cp piculosissimū fuiss3 si eccl'ia absq sacrificio mā
sisset sic p3: qr nisi iste solēnis ritus ī eccl'ia eēt fides
piclitaret hoc ad oculū p3 ī ill' terris vbi diui a nō ce
lebrāt: eo cp ibi vix aliq aut nulla fides spirat. Exē=
plū dat de exercitu q absq duce perito z signo bel=
lico puta vexillo vel cōsili citi sol3 psterni z dispgi
Et quedā pia opinio q vult dicere. cp nisi istud vene
randissimū sacrificiū ī eccl'ia fuiss3 tot mūd iā diu
in ydolatriā elapsus fuisset. Qd sic conat astruere:
qr cū apl's cōis ex sui iperfectiōe z carnali iclinatio
ne pnus sit ad noua iueniēda z vana sectāda si nulla
legittia z cōsuetudinaria obseruatiōe cohiberet Vi
simile ē cp demones q maxie sunt ambitiosi ip3 de=
nuo ī pristinū errorē z dissuetudinē reduxissent et in
varios supersticiosos z sacrilegos ritus reuocassent
Hoc satis est probabile qr tā adhuc fide plena stāte ī
diuersis regionib vix p cēsuras seuerissimas hec in
felicia maleficia pnt extirpari. cohiberi q ꝙto ma=
gis si qlz pmitteret facere qd sibi bonū videret In=
sup cū maxia ps fideliū l'ras nesciat nec se spūaliter
ocupare sciat si nulla corporalia exercitia haberet

mysteria fidei sacro sctā.aut minima aut nulla putaret.Jnest etiā hoī appetit⁹ quidā auidissim⁹ diuinitatis.vt neqꝫ qesceret neqꝫ ꝯtētari possit nisi aliquo modo deū sciat ꝛ colat.aut aliqd loco dei prestantissime venere𝔱.lꝫ erronee.Quis idipsum errorē nō putet.idcirco diuina sapiētia clemētissima hūano gn̄i hoc dignissimū sacrificiū ꝓuidit.ī quo libere totum suū affectū trāsfundere pōt sine oī hesitatione. qꝛ in ip̄o ꝯtine𝔱 ver⁹ de⁹ quē latria colere dꝫ. ꝛ hoc cum magno merito.gaudeam⁹ igr̄ in dn̄o qcunqꝫ vere fideles sumus.ꝛ tātā grām digne cogitem⁹.qm̄ ipse ꝛ q̇ nos creauit ꝛ redemit.nobis cū qtidie ꝛ qdā modo se in nr̄a ꝑtāte tradidit captiuuꝫ.Nec est fictio in eo vlla.Vn̄ fortissima fide est tenendū ꝙ veraci𝔱 noster ē ꝛ qꝛ ditissim⁹ est possum⁹ eū exactionare ꝛ tā diu in vīculis caritatis tenere donec nostrā paupta-tē ditet ꝛ qꝛ p̄ciosissim⁹ ē possum⁹ cū eo mercari de qd volum⁹ aut ꝓ debit nr̄is ip̄m sacrificare. Nr̄ ei est qꝛ veracissim⁹ ꝛ piissim⁹ est nō pōt nobis nega𝔯 qcqd ab eo iuste ꝛ pie exigerim⁹. Cū assistam⁹ nobis ip̄is ꝛ faciam⁹ qđ ī nobis ē.ꝛ ip̄e ꝓculdubio faciet qđ in se ē.Studeam⁹ nos digne p̄parare vt possim⁹ digne ip̄ꝫ eťno pr̄i ꝛ sibi ip̄si ac spūi sctō.ī spū sctō sacrificare q̄ vtiqꝫ valde mirabilia sūt sed nō minus vtilia.Et de isto frequēter fit mētio ī officio misse.sicut est illud.Jn spū hūilitatis.ꝛc.Et ī secretis cōiter ꝛ aliqn̄ in ꝯplendis.ꝛ in canone p totū quasi. Et ī fine misse placeat tibi.ꝛc.cū silib⁹.Toti⁹ ei officij solēnitas.ad rōnē sacrificij ptīet.Cōsecratio aūt ꝛ sūptio ad rōnē sacramēti.hostia nāqꝫ bn̄dicta rep̄ntat xp̄i passionē ceremonie aūt ille q̄ ī officio misse fiūt.modū passiōis.ꝛ ābo spectāt ad sacrificiū.Sūt etiā

alie cõsiderationes in hoc sacrificio q̃ multũ pulchre ꝛ deuote assignãt a quibusdã vt scꝫ cũcta q̃ xps hic in terris gessit in eodẽ repñtari videant. Nã q: hic incipit aliqd esse qd̃ fuit: i hoc repñtatur xp̄i incarnatio ꝛ natiuitas: q: istud ad tp̄s pmanet i altari i hoc repñtat xp̄i cõuersatio. Etiã q: hic desinit esse qd̃ fuit hoc repñtat xp̄i passio ꝛ mors amara. primũ fit p cõsecrationẽ ꝛ p reseruationẽ ꝛ p sũptionẽ. De quib⁹ plura dici possent que huc breuitati cõtrariant.

Quarto ẽ aduertẽdũ q hoc venerabile sacramentũ istitutũ est in suffragiũ nr̃e infirmitatis ppter quod tradit sub spẽb⁹ cibi ꝛ potus corpalis. vñ oẽz effectũ quẽ cib⁹ ꝛ pot⁹ materialis facit q̃tũ ad vitã corpalẽ scꝫ q substẽtat auget reparat ꝛ delectat hoc totũ facit hoc sacr̃m q̃tũ ad vitã spũalẽ. ꝛ io dñs dt. caro mea vere est cib⁹ ꝛ sanguis me⁹ vere ẽ potus. Et sicut vita corpalis nõ põt subsistere alimẽto corpali: sic nec vita spũalis absqꝫ cibo spũali. Pro q̃ est notãdum: vt pleni⁹ itelligat ista materia suauissima ꝛ saluberrĩa q nr̃a spũalis mors est carẽtia diuine gr̃e i qua oẽs ꝯcipimur ꝛ nascimur ppter pctm̃ p̃mi parẽtis scd̃z q psal. dt. Ecce eĩ i iniquitatib⁹ ꝯceptus sũ. Et apl's Oẽs nascimur filij ire. ꝛ ab hac morte liberemur per baptismũ i q̃ ꝯfert nobis gr̃a dei. ꝛ ex tũc vocamur filij dei amici dei ꝛ heredes regni celestis: ꝛ ista gr̃a vocat ꝛ ẽ vita spũalis aĩe quã nemo p̃t ab ea tollere neqꝫ aliquo mõ eã pdere nisi ip̃e velit: hoc alit solet dici nisi p pctm̃ mortale q si eã pdiderit tũc adhuc nõ d꞉ desꝑare: q: p̃t eã recupare p sacr̃m pñie ꝛ q̃cũqꝫ mõ aĩa renascit si vult viua pmanere oꝫ eã sollicitã eẽ ne denuo i mortẽ corruat: q: ĩfinita picl'a ꝛ ho

stes capitales hʒ tā īt⁹ q̄ʒ etiā foris:īsup ꝛ ipa adhuc īfirma ꝛ debilis est valde sicut illi q̄ nouit nascūt vł ab aliqua mortali īfirmitate ꝯualuerīt īdigēt maxima cura et sollicitudine. nec se iuuare pn̄t donec crescāt ꝛ plene sanent. Hoc aūt totū spūaliter fieri hʒ p hoc sacramētū dignissimū eucharistie p qd aīa ꝟaciter efficit gratiosa/fortꝭ/ꝛ sana tāq̄ʒ p cibū optimū. Et dat exēplū de aliquo q̄ semp comedit carnes/ille efficit carnalis aut q̄ semp bibit aquā ille efficit aqueus. sic q̄ semp comedit ꝛ bibit xp̄m in hoc sacramēto. ille efficit pfect⁹ xp̄ian⁹ crescēs quotidie ī gratia. donec tandē pficiatur in gloria. hʒ aūt iste cibus spūalis hoc vltra oēs alios cibos q̄ oīno nō mutat: sed mutat sumētē in se p gratiosam vnionem sic vnitur nutrimentū nutrito. Et ista nutritio spūalis est principalis affectus huius sacramenti: q̄ʒtum est ex vi sacramēti nec alteri cōicari pōt. sed tm̄modo hʒ eā q̄ sacramentū digne sumit vt clare pʒ de cibo corporali qui nō pdest nisi mādūcanti ipsum. Sʒ quia istud sacramentū hʒ vltra omnia alia sacramēta qd nō solū est sacramētū:sʒ etiā sacrificiū ideo hʒ singularē quādā efficaciā vltra rationē sacramēti q̄ alijs cōicari pōt. nec alicui pdest nisi p quo offert aut sacrificat. Qd sił'r ad occultum clare patet de quacunq̄ʒ alijs oblatione q̄ p alijs fieri pōt aquocūq̄ʒ ꝛ illi soli vel illi pdest p quo vel q̄bus offert. Et vtrūq̄ʒ cedit in suffragiū nr̄e infirmitatis tā sacrementum q̄ʒ suffragiū. De q̄bus aliqua adhuc annotare expedit: qꝛ multū sunt necessaria ꝛ plures inueniunt p̄sbyteri minus bn̄ informati de his qd vtiq̄ʒ valde est periculosū. neq̄ʒ excusari pn̄t de hmōi ignorātia. cū hec scire teneant. ꝛ terribiliter minatur eis dn̄s per p-

phetam dicens. Ignorans ignorabitur.

Quinto igitur est aduertendũ. q sicut iã dictuz est eucharista sub rõe sacramenti pdest illi tm qui eã digne sumit. et operat in aĩa spũalit qd cibus et potus in corpore materialiter. Nota q corporalia hñt similitudinẽ ad spũalia. et ideo animalis homo q nõ potest pcipere spũalia. trahẽdus est per corporalia: et ista exteriora ad spũalia ad interiora sicut trahitur cecus ad manũ. et ista est ratio q̃re oĩa sacramẽta p sensibilia quedã tradũtur in quibus tamen diuina grã occulte operant sicut sacra scriptura res spirituales nobis describit per similitudines rerũ sensibilium. vt sic veniamus in cognitionẽ spũaliũ. Ista est ordinatio diuine sapientie. q̃ vnicuiq rei puidet secundũ modũ suũ. hoc eñ maxime ad sapiẽtẽ pertinet vt scz primo diligenter examinet illum quẽ vult informare qd et quid nescit quatenus per illa que scit ducat eũ in cognitionẽ illorũ que nescit. Similiter q vult aliquẽ prouocare ad amãdũ se. dat sibi aliquod munus in quo maxĩe ille delectari solet cuius amicitiã desiderat. Si saluator noster videns hominẽ errare in psideratiõe et appetitu creaturarũ et nimis alienatũ a suo creatore et saluatore pposuit sibi. spẽs notissimas et gratissimas et necessarias quas nullo pacto ignorare cõtẽnere vel obliuisci poterit: sub q̃bus inuisibilẽ gratiã et spũalia carismata abscõdit. p que facillime hõ adiuuatur reuocat et admonet. vt suum creatorẽ et saluatorẽ agnoscat et ex corde diligat nec ab eo vnq̃ recedat. Hec est magna gratia quã ipm sacramentũ venerabile operat in eo q illud digne sumit vnde ad eucharistia nũcupatur id est bona gratia. Primo igitur causa in hoĩe cognitionẽ dei ma-

gis et magis q2 nō de nouo alioquin qui nullam ha
beret cognitionē dei grauiter peccaret si accederet.
Et hoc repñtant nobis species ille sacramētales sc3
panis ꝛ vini. nihil em̄ nobis notius cibo et potu qb⁹
quotidie vescimur nec de re aliqua sic sollicite inqui
rimus. sicut de qualitate eoꝝ̄ que ītra nos sumim⁹
q2 ex his descēdet vita nostra. Et sic sillogisandū ē
de isto cibo spirituali qđ notissim⁹ efficit illis q ip3
digne ꝛ frequenter sumunt ꝛ generāt sollicitudinē
illā sanctā in aīa vt semꝑ illum amplius scire cōcu-
piscāt: ꝛ sobrie ac reuerenter discutiāt quid ꝛ quale
ꝛ quātū sit qđ tractant vñ ꝛ ob hoc dr̄ panis vite et
intellectus q iusti hic in via ꝛ illic ī patria cibāt ꝛ il
luminantur. Ecce superius dictū est ꝙ hoc sacramē
tum representat memoriā3 diuinitatis. hic autē su
peradditur ꝙ etiā causat notitiā diuinitatis īdigne
sumentib⁹. Hoc aūt nō posset nisi eēt panis viuus ꝛ
intellectualis de celo descēdēs. Hec em̄ tam excellē-
ter magna sunt: vt ea nemo xp̄o inferior operari pre
ualeat. q2 nemo nouit patrē nisi filius et cui filius vo
luit reuelare. Secundo causat hoc sacramentum in
aīa gratitudinem siue ꝯplacentiā quandā inter deū
et se. vt mutuo sibi cōplaceant ac seinuicem diligāt
Quod iterū species iste sacramētales nobis īdicant
Bonus nāq3 cibus gratus est homini valde ꝛ diligi
bilis ꝛ ꝓuocat appetitū ꝛ delectabiliter sumit. Pa
riformiter ista spūalis refectio: q2 optīa ē ideo gra
tissima est maxime prouocat affectum humanū ad
amandum deū. Deus autē3 diligit diligētes se qua
re sequitur ꝙ maxima delectatio gñatur ī sumptio
ne in hac spirituali: ꝓpter mutuā caritate3 ad īuicē
vnde dñs dicit. Qui mādūcat me ꝛ ipse viuet pro-

pter me. Tertio hoc sacramentuz nostrā necessitatē
⁊ indigentiā supplet et spiritualiter. q̄ꝛ sustētat ⁊ ro
borat nr̄am infirmitatē auget nr̄am paruitatē ⁊ re
parat nostraz mortalitatē. Et hec. silr̄ clare represen
tantur per species sacramentales: q̄ꝛ panis et vinuz
corpus lassum fortificant/ ad laborandū paruulū nu
triunt/ ad incrementū ⁊ famellicū refocillāt contra
mortem sic istud sacramentū primo sustentat ne de
ficiat: scḋo roborat ne succūbat: tertio nutrit vt cre
scat: quarto ꝓseruat ne moriat̄: vñ ⁊ dñs dixit. Nisi
māducaueritis carnez filij hominis et biberitis eiꝰ
sanguinē nō habebitis vitam in vobis: Quarto hoc
sacramentū causat vnitatē in ecclesia: q̄ꝛ qui digne
illud sumit caritatem ampliorē consequitur que oīa
facit esse cōmunia. Et hoc etiam in speciebus sacra
mētalibus palā ostenditur: q̄ꝛ ex multis granis vnꝰ
panis cōficit̄. et ex multis racemis vinum cōfluite: sic
ex multis fidelibꝰ virtute huiꝰ sacramenti vna eccle
ea constat. vñ dñs dixit. Ego in medio vestrum sum
Item augustinus. O sacrameentum pietatis. O si
guum vnitatis/ vinculum charitatis. Ex quibus om
nibus concluditur ꝙ hoc venerabile sacramentū est
multiplicia gr̄e collatiuū et ex ipso habz virtutē gra
tiam cōferendi: q̄ꝛ auctor oīs gratie iesus xp̄s domi
nus noster in eo cōtinet̄ qui sicut in mundū visibiliter
veniens cōtulit mundo vitā gratie. ita in hominez sa
cramentaliter veniens vitā gratie operatur. et eundez
effectū quā passio xp̄i fecit in mundo hoc sacramētū
facit in homine. Nec aliquis habet gratiam vel ha
bere pōt ante susceptionē huius sacramenti. nisi ex
aliquali voto ipsiꝰ vel p seipsum sicut adulti. vel voto
ecclesie sicut paruuli. Et hoc itez est valde mirabile

mo debeat accedere nisi hēat gratiā. et tñ nemo habet grām nisi illud quod nōdū accepit. Tāta siqdē est efficatia virtutis cuius sacramenti. qđ etiā ex voto ipsius aliquis gratiā cōsequat̄ p quā spiritualiter viuificat̄ qua accepta iam digne accedit/ vt gratia augeat̄: et vita spūalis pficiat̄ vt scʒ homo perfect⁹ sit in xp̄o p cōiūctionē ad deū. Hoc aūt habʒ act⁹ secramentalis supra actū virtutis. q in omni actu sacramentali digne peracto aliqua noua grā actualiter īfundit̄: nō aūt in omni actu virtutis q̄uis tñ oīs act⁹ v̄tutis sit meritorius. et hoc est valde notabile. Uñ pʒ q sit salubre sepi⁹ ꝯfiteri ꝛ celebrare ceteris parib⁹ eo q totiens, quotiēs noua grā īfunditur. Sed forte dicat aliquis simplex sacerdos. Ego cōmuni more soleo me, libēter preparare ad celebrādū ꝛ tñ nūq̄ sentio hmōi grās ergo timeo q semp ī digne accedo. Cui respōdendū ē q adhuc mirabili⁹ est q nō solū p̄dicte grē sibi cōferunt̄ modo si bona volūtate facit q in se est sufficienter se preparando tunc quotiens celebrat totiēs confertur sibi a vero deo qui nō mentit̄ eterna gl'ia quā tñ oīno nō sentit Ecce mirabile sup mirabile. ¶ Pro cui⁹ ītellectu ē sciēdū q hic est multiplex mod⁹ loquēdi: qdā dicūt q nō est de ratione sacramēti q̄diu per fidē ābulamus q hui⁹ grē sentimēta hēam⁹. Alij dicūt q nō est ex pte sacramēti, sʒ ex pte nr̄a qr forte adhuc min⁹ purgati sum⁹ a fecib⁹ passionū. ꝛ tumultu venialiū q̄ actualē refectionā spiritualis dulcedinis īpediūt licet non tollent augmētū grē vel cariratis. Et datur exēplū de cibo corpali cui⁹ sapor faciliter īpedit̄ ꝑpter īperfectionē līgue nihilonim⁹ eque bñ valet ad nutriendum. Alij dicūt q tā ex parte presbiteri

sufficiēter se pparātis. q3 etiā ex parte sacramenti iterna deuotio actualiter merito sētiri deberet ꝑut etiā ī plurimū ꝯtingit: s3 nōnūq3 clemēs dn̄s ex magna mīa tollit sēsibilē deuotionē a cordib9 electoꝝ ꝑpt̄ bonū ipsoꝝ vt āpli9 pficere studeāt. aut supbiā euitent. aut loco purgatorij illi cedat q hic debita ꝯsolatiōe ad tēp9 priuat̄ aut q christo vicē repēdāt qui in obligatiōe quā pro eis ī crucefecit. derelict9 fuit ī tā amara penalitate. Quid ergo mirū si presbyter q xp̄m representat varijs tētationib9 exerceatur ī obligatione eadē. ꝑpter has causas aut alias q̄ diuina pietas electis suis expedire nouit varie dona ipis nō ē necessaria dispēsat. neq3 turbari nimiū debēt quasi ei nō placeāt opera ista sctā q̄ ex bona volūtate licet arida procedunt vnde credendnm est q tunc amplius merent̄ sicut solet exemplificari de his q ꝑprijs stipēdijs militāt vbi pro optima regula datur a sanctis doctorib9 vt celebraturus nō tm̄ interroget. si sibi deuot9 appareat recollect9 et trāquillus q̄tum sibi p̄cepta seruauerit dei. et seruare proponit si qd in sentimētis suauib9 ei additū fuerit diuine largitati grās agat. neq3 ꝑprijs meritis ascribat: paratus carere qn̄ deo placuit. Insuper sciendū q uonnulli magnā habēt deuotionē et continuū sed nesciūt aut nō aduertūt se habere deuotionem sicut cōiter cōtigit illis q sp in delicijs viuunt. putāt se uō delitiose viuere quib9 expedit valde vt aliqn̄ aduersis tangāt̄ quaten9 vexatio tribuat eis itellectū vt grati sint similiter plures bn̄ viuūt ⁊ tn̄ putant se non bene viuere ꝑpter aliquā tēptationē vel timorē superfluū. Cōtigit oli3 galatis quibus p increpationē apostolus dicit. Currebatis bn̄ Ex q=

bus elicit vna spẽs hũilitatis ꝙ nõ iuxta ꝓpriã esti
mationẽ debꝫ quis seipm facisse iudicare an deuotꝰ
sit an nõ. vel vtrũ bene viuat aut nõ: si bone volũtatꝭ
fuerit sed semꝑ deo gratias agere ꝙ tã pie eũ respi
supra quã meruit. ⁊ nõ ãplius derelictꝰ est sicut for
te pctã ꝑterea exigũt q̃ sic sentiũt: nõ paruã deuotio
nem hñt hec dicta sint ꝓ qualicũqꝫ consolatione illo
rum qui nimia scrupulositate vexant quando nõ ha
bent deuotionẽ sensibilẽ trahentẽ eos ad celebran=
dum dicit quidã notabile verbũ. Qñ nõ sentio deuo
tionẽ tunc amplius festino ad celebrãdũ vt acquirã
mihi deuotionẽ. veluti frigidus festinare solet. ad
ignẽ vt calefaceat. Est etiã ꝓ regula tenẽdũ ꝙ q̃tũ
cũqꝫ largiter cõicãs ꝑcipit effectꝰ huiꝰ venerabil' sa
cramenti. tñ sꝑ q̃ꝫdiu hic in fragili carne viuit ipfe=
cte refeetionẽ hanc sumit ⁊ hꝫ ĩ futuro aũt secꝫ ĩ statu
gl'ie ꝑfecte reficiet. qꝺ aũt dictũ ẽ ꝙ ẽt affectꝰ huiꝰ
sacramẽti sit collocatio gl'ie sic pꝫ qꝛ iã cõicãs factꝰ
est vnũ cũ xp̃o ergo ẽ filiꝰ dei ꝑ adoptionẽ: sicut ille ꝑ
naturã: ergo si filiꝰ ⁊ heres. Qꝺ aũt nõ statim ĩtroducit
hoc nõ ẽ ex pte sacramẽti. sꝫ ex pte sui qꝛ adhuc vĩcl'o
carnis hic tenet quo soluto si ꝑfecte vnite fuerit xp̃o
sẽpiternã gl'iaꝫ sine mora ꝑcipiet. vt aũt ꝑfecte vni
atur dꝫ q̃ꝫdiu viuit sil' cõpati xp̃o quotidie crucẽ por
tando q̃tenꝰ pꝰ ea cõ ipso siml' gl'ificet: vt apo. dicit.

Exto est aduertẽdũ ꝙ sunt pl'es aliĩ idi
recti effectꝰ ipsiꝰ bñdicte eucharistie q̃s
digne cõicãs ꝯsequit ꝑ quãdã cõcomitã
tiã ad effectũ pꝛĩcipalẽ q̃ effectꝰ ẽt nulli
aliĩ cõicari pñt' sꝫ tm̃ manẽt ĩ sumẽte sacramentũ si
cut effectꝰ ꝑncipalis. Huiꝰ rõ sumit ex spẽbꝰ sacra=
mẽtalibꝰ ⁊ vsu eaꝝ: qꝛ bonꝰ cibꝰ ⁊ potꝰ pꝛĩcipal'r q̃

des bene nutriũt ⁊c. ad bonã aũt nutritionẽ seqtur cõiter bonꝰ color i facie pueri crines in capite cutis lenis i corpe toto. ⁊ alia similia. Sic in pñti est sil̃r dicẽdũ q: em̃ ꝑ hoc sacramẽtũ hõ magis vnit̃ deo per augmentũ caritatis restat ꝙ efficiat̃ amicꝰ dei specialis ⁊ secretꝰ ac familiaris. vñ quicqd talis amicitia solet gñare iter hoies suo mõ naturali. hoc solꝫ istud sacramentũ benedictũ causare inter deuꝫ ⁊ hominẽ mõ suo gratiosa. amicoꝝ aut; idẽ ẽ velle ⁊ nolle. Igit̃ non solum illas magnas gratias supra tactas xp̃s confert digne manducanti se. q̃ sũt simpliciter necessarie ad salutez: verumetiam alias minores que sunt de bene esse que spectant ad quãdaꝫ decentiã siue ornatũ aĩe. ⁊ ponũtur cõiter tres scꝫ dimissio venalium. relaxatio reatꝰ pene. ⁊ ꝓseruatio a pctis futuris. ex his plura alia i monialia pulcherrima pullulãt quibꝰ xp̃i sponsa id est anima deuota ornat̃ ne maculã vel rugam cõtrahat. sed vt si tota speciosa sicut liliũ iter spinas. Et primo mõ nãꝗ se quit̃ ꝙ ille decor vultꝰ quẽ tumultꝰ venialiũ sine itermissione fuscare solet velimꝰ nolimꝰ ꝑ huiꝰ sacramẽti efficatiã reuirescit. Pctã em̃ venialia decolorãt aiam: et fuscã reddũt ac xp̃o eiꝰ sponso minꝰ gratam. Ex secundo aĩa decorat̃ sicut crinibꝰ pulchris sponsa em̃ que crines nõ habet scabeosa et imunda reputatur. sic aĩa q̄diu purgabilia habꝫ xp̃o ꝑfecte cõiũgi nõ põt: ⁊ ideo ipse eã per hoc sacramentũ perfecte ab omni reatu pene mũdat. Ex tertio aĩa vestitur et tegit̃ quasi cute leuissima placidissima et serenissima. Sponsa em̃ si pellẽ habet rugosaꝫ tigidã ⁊ vlcerosaꝫ aspnabilis ẽ: sic aĩa q̄diu subiacꝫ varijs cõcupiscẽtijs ⁊ passionibꝰ ac alijs motibꝰ turbulen

tis in xpi aplexus non admittit. et ideo eam p gratiam huius sacramenti a fomite purgat: et a malis iclinationib⁹ refregerat ⁊ pseruat ne iterū in pstinā turpitudinē corruat quaten⁹ sibi iugiter adhereat iam mundata decorata preseruata. Qn̄ igitur sentimus nos rari⁹ pctis venialibus subdi: carnalib⁹ motib⁹ agitari/ passioib⁹ vrgeri/ iracūdie faucib⁹ succendi/ idignatiōe inquinari/ suspitionib⁹ fatigari/ impaciētie vitio rotari/ iuuenib⁹ desiderijs iflammari/ iudicijs temerarijs inqetari/ ceterisq̧ q̄tidianis discretiōib⁹ ⁊ defectib⁹ substerni. tūc grās agam⁹ corpori ⁊ sanguini saluatoris nr̄i iesu. qm̄ suuz effectū operat̄ i nobis: ⁊ qr per hec oīa supradicta ꝓmouetur homo in amicū dei: specialez secretum ac familiarē ideo plura alia specialia secreta ac familiaria dona nōnunq̄ȝ digne cōicans cōsequitur que mihi ac mihi similib⁹ penitus nota sunt q̄re amplius aliquid de his scribere verecundia prohibet.
Hoc tn̄ addendū est ꝙ pro caris suis aut alijs pro quibus volunt fiducialiter itercedere possunt: ⁊ crebro facilime exaudiunt̄. Itē ꝙ efficiūt̄ oīb⁹ suis inimicis fortiores iuxta illd̄. Ut leones flāmā spirātes sic ab illa mēsa discedim⁹ terribiles effecti diabolo scȝ virtute xpi. Sed forte dicat aliqs sic tāta pstant̄ presbytero digne celebranti aut aliter indigne cōicāti. mirū est ꝙ ꝓhibet̄ quidā ꝓpter leuē aut nullā culpā abstinere a sūptione tā salutaris sacramēti ⁊ ꝙ etiam laici rarius admittunt̄. Dicēdū ꝙ hoc fit ad precauendū periculū ꝯtēptus siue paruipēssōis qd̄ accidere solet circa quotidiana: ⁊ ideo institut⁹ est debitus mod⁹ locus tp̄s ⁊c. ad ꝓuocādū affectū humanum vt reuerenter se habeat circa tanta my-

steria etiã sctis angelis pauẽda. Et tñ sciẽdũ ꝙ spi=
ritualiꝶ mãducare quotidie pñt imo sepiꝰ qualibꝫ
die videlicet desiderãdo cõmunionẽ ipsam hũiliter
dicẽdo sic. O dñe ꝙꝫ libẽter iam celebrarẽ vl' cõica=
rem si paratꝰ essem. sꝫ qꝛ hoc mihi iã non licet rogo
clementiã tuã vt ad me spũaliter venire digneris ⁊
famelicã aĩaꝫ reficere ⁊ simꝉia ꝑut deuotio dederit
tracãtdo corde tenus istitutione huiꝰ sacramenti et
causam eiꝰ scꝫ xp̄i passionẽ hoc mõ cõicare semꝑ est
securũ oĩ loco ⁊ tpe ⁊ fructuosuꝫ ⁊ qñqꝫ ãpliorẽ pci.
pit effectũ ꝙꝫ si sacramẽtaꝉr cõicarẽt lꝫ regꝉariꝶ lo=
quẽdo ipa sacramẽti susceptio. pleniꝰ iducat effectũ
sacramẽti ꝙꝫ solũ desideriũ ipiꝰ. Vñ ꝯsulẽdũ ẽ deuo
tis ⁊ abstractis psõis vt ad minꝰ semel ĩ ebdomada
cõicent. Nec est laudãdũ quorũdã pastoꝝ existĩatio
q̃ desideria repellũt. Utiqꝫ sacramẽtũ medicina est
nec reqriꝶ añ sũptionẽ sũma pfectio ꝙꝫ duota sũptio
paulatĩ itroducit oliꝫ in ꝑmitiã ecclia q̃tidie fideles
cõicabãt vtiq̃ nõ vꝫ hmõi q̃rũdã pastoꝝ duritia.

Septimo est aduertendũ ꝙ sicut supradictũ est
hoc sacramentũ simul est ⁊ sacrificiũ et sacra=
mentum: sed rati onem sacrificij habet inꝙtum of=
fertur rõnẽ aũt sacramẽti inꝙtũ sumiꝶ. Et ideo effe
tũ sacramẽti hꝫ ĩ eo q̃ sumit de quo iã aliqua dicta
sũt. Effectũ aũt sacrificij ĩ eo q̃ offert vel ĩ his ꝓ qbꝰ
offerꝶ. De quo iã restãt aliq̃ hic subiũgẽda Et vt ve
rũ fatear quantuꝫ cõicere potero. vix apud paucos
antiquos hec mãtia reperiꝶ explanata. Sꝫ moder=
ni doctores scꝫ sctũs thomas albertꝰ bonauẽ. ⁊ qui
dã alij pleniꝰ ipsam dilucidauerũt. Ratio est vt cui
dã placet: qꝛ occasio se nõ ꝓbuit tunc ꝓpter feruorẽ
deuotionis quã fideles habuerũt ĩ illis diebꝰ qꝛ nõ

aspirabant ad sacramentũ ꝓpter rõnẽ vtilitatis sꝫ caritatis. In his aũt diebus nouissimis abũdãte int quitate ꝛ refrigescẽte caritate ãpli⁹ q̃rũt hoies q̃ sua sunt. ꝓpter qđ ꝓthdoloꝛ multi p̃sbyteri reperiũt q̃ paratioꝛes sũt celebꝛare ꝓpt̃ vtilitatẽ sacrificij q̃ꝫ ꝓ pt̃ suauitatẽ sacramẽti. vbi tñ ceca mẽte nimis deci piunt. Si ei diuinã caritatẽ p̃ponerẽt. vtiqꝫ tpalis vtilitas eis copiosus ꝓueniret. Et sicut nõ oẽs euan gelium enuntient ꝓpter salutẽ audiẽtiũ: sed ꝓpter questũ. ita nõ oẽs sacrificãt ꝓpter honoꝛẽ diuinum sed ꝓptei cõmodũ ꝓpꝛiũ. Ecce quãta mala facit cu piditas vsqꝫ adhuc. quãdo olim fecit iuidia caypha pilato ꝛ synagoga illa sathane vt xp̃m filium dei be nedictũ venderent ꝛ impie occiderent hoc deinceps operatur in vasis perditionis vsqꝫ nunc vt eũdẽ in hoc venerandissimo sacramento mercationi expo= nant ac indignis manibus sacrificare non expane= scunt. Et vt bꝛeuiter ad pꝛopositũ veniamus fertur nonnullos fuisse ita hac miserabili sue cupiditatis abusione excecatos vt indifferẽter oblationes ꝛ ele= mosinas aut redditus fideliũ susceperũt: nec quicq̃ꝫ ãplius p̃ter solita suffragia ꝓ ipsis facerẽt dicẽtes hec vel siĺia verba capiamus q̃cquid venit vna mis sa melioꝛ est q̃ꝫ aurũ totius mundi sufficit semel cele bꝛare ꝓ oĩbus. Fuerũt ꝛ alij q̃ dixerũt modestius q̃ dẽꝛ sed nõ minus impie fecerunt. Dixerũt nanqꝫ ꝓ mittamus q̃deꝫ eis quotcũ qꝫ missas petierĩt nos tñ nõ obligamur eis. qꝛ misse emi nõ p̃nt alioqñ simo niaci efficeremur. His ꝛ alijs modis varijs ritꝫ ec clesie subuenerũt. Q̃đ videntes scti doctoꝛes occurrerũt abusiõi ꝛ ignauie isti nepharie materiã hãc decla= rantes aliq̃dũ ne solita obseruãtia pie m̃ris ecclesie

quaz spūssctūs indesinēter ꝛ ineffabiliter regit obli tareř:et fundant se cōter in hac cōsuetudine solēni quā ecclesia obseruauit sp vsqꝫ hodie applicata rōne hui⁹ termini sacrificiū cū allegationib⁹ scriptu-rarū et auctoritatib⁹ antiquoꝝ ꝛ qbusdā exēplis fi-de dignis ꝛ vt itroitū habeam⁹ ad plenā hui⁹ mere noticiā inqrendā. ¶ Et pmo notādū ꝙ sicut effect⁹ eucharistie sub rōne sacramēti sumiř ex ipsis spēb⁹ sacramentalib⁹. ita effect⁹ eiusdē inqꝫtū ē sacrificiū accipi dꝫ simiľr ex aliquo corpali ꝛ nobis notissimo pncipio sine operatiōe exteriori p cui⁹ siľitudinē du camur i cognitionē spūaliū qδ ē cōe oīb⁹ sacramen tis ꝛ sacrificijs. Sicut em̄ aqua lauat sordes corpis ita baptism⁹ qui p aquā exhibeř lauat sordes aīe. i: pctā ꝛ sicut pāis ꝛ vinūnutrit corp⁹ sic sacramenta altaris sub rōne sacramēti qδ sub spēb⁹ panis e vi-ni ꝯtineř nutrit aīaz:pariformiř sicut mun⁹ vel on⁹ gratū placat hoīez ipēdiř. ita sacrificiū altaris qδ i spē muneris ꝛ corpalis opatiōis pficiř placat deuz cui offerř. Sacrificiū em̄ dř quasi sacrū factū i hono rem soli deo debitū cū aliq̄ solēnitate ad eū placādū ꝛ hec est ꝓpria acceptio hui⁹ termini sicut in propo sito vtimur eo. gńaliter tn̄ sacrificiū pōt dici quicqd fit ad honorē dei siue spūaliř siue corpaliter. iuxta il lud sacrificiū deo spūs ꝛc. Et si duo sūt modi mādu cādi scꝫ sacramētalis ꝛ spūalis: sic etiā sūt duo mo di sacrificādi:scꝫ solēnis siue exterior q̄ nō dꝫ nisi vno modo fieri:sicut de sacramēto dictū eū/ali⁹ est spi-tualis siue interior q̄ omi loco tēpore fieri dř iuxta illud. Omni tempore bn̄dic deū ꝛ illud oportet sem per orare et nunqꝫ deficere. Item benedic domino in omni loco dn̄ationis ei⁹ ꝛc. Applica cōsequēter si

aut supra. Quamodo scz prim⁹ mod⁹ est cū periculo quia pōt indigne fieri secūdus semper sit secure nichilomin⁹ ipsum sacrificiū realiter exhibitum cum debita cordis cōpunctione perfectus est ꝛ plus īpetrat. Et sicut cōsecratio non potest fieri nisi ꝑ sacerdotem sic nec immolatio. Fideles autē vtrāq3 participant ecce iam habem⁹ fundamentū siue principiū ex quo vlterius procedere possum⁹. docemur, nā q3 ex ista exteriora ꝛ corporalia. qualiter īteriora ꝛ speritualia ordinare debem⁹. ꝛ hoc valde est nobis cōnaturale ꝛ suaue: q2 omīs nostra cognitio a sensu initiū habet. Unde sicut ad oculū videm⁹ q2 qui est in gratia alicui⁹ principis ille solet sibi propinare aliquod carū mun⁹ vel exhibere aliquod gratū obsequiū vt in gratia ei⁹ ꝑmaneat ac magis crescat. Et ita nā si ille princeps virtuosus est tunc ab amico suo gratanter ista recipit: quia videt bonam voluntatem suā et multa maiora sibi reddit et maxīa ꝓmittit in futurū. Insup si aliquid sibi deb3 libēter dimittit: ꝛ totū relaxat quicquid illud est ꝓpter feruentē amorē quē in eo ꝯsiderat ꝓuidet ei etiā de oībus necessarijs ꝛ ab inimicis defendit: nec quicq3 ei negat: quecūq3 iuste ac pie desiderauit. Et q̄3to crebrius huiusmodi munera vel obsequia prestiterit cū minore tñ studio placēdi. gratius quidē est min⁹ tñ impetrat et min⁹ ei dimitditur si debito obnoxi⁹ teneat. Si terti⁹ adhuc min⁹ diligit: min⁹ etiā īpetrat. Si quart⁹ vltra hūc adhuc ī minore amicitia fuerit etiā ſm hoc recipiet: ꝛ sic de oīb⁹ alijs parimodo erit iudicādū. Principes em̄ virtuosi magis affectū pēsant q̄3 donum. Nihilomin⁹ tñ propter innatā sibi probitatē neminē aspernātur q̄3tūcumq3

etiam parū obsequii aut dilectiōis ipenderit nec eos quos aliquō beniuolos cōsiderāt etiā si nihil hñt ir remuneratos obire sinūt. Cōtigit etiā nonnunq̃ q amici hui⁹ nō pñt venire ad pñtia principis ita q p nuncios mittere opʒ q̃ libent ei ꝓpinarēt: tūc si nuncius bon⁹ ꝛ fidelis est multū cōfert ad gratiā impetrandā si malus nihilominus princeps ꝓpter caritatem mittentis gratāter recipit. Si aūt infidelis fuerit nūcius ꝛ fur. ꝛ nō repñtat tunc multiplex dānuʒ sepe mittēs incurrit. Quis gratiā pncipis nō admittat furtū suspēdiū non effugiet. Similiter ꝛ malus nuncius offerendo gratū munus aliis gratiaʒ: ꝛ sibi ipsi qñ q patibulum ꝓcurat dicēte pricipe munus reseruate sʒ portitorē suspēdite: q: impius est. Per hoc autē similia opʒ nos deuenire i cognitionē eorū que nō videmus aut nō intelligimus. Potestas eñ et status huiusmundi a deo est exēplatus ab illa superna curia ciuilis ꝯditor ꝛ gubernator deus ē. Applicādo igit padigma nrm ad materiā pñtē dicim⁹ q princeps virtuosus dñs deus est amici eius q̃ non dū ad faciē eius peruenire pñt boni sunt christiani. Quorum quidē perfecti sunt quidā imperfecti in caritate munus tñ qđ offerūt cum grato obsequio. sacrificiū altaris ē cū opibus mie ꝛ aliis ꝟtutū exercitiis. Nuncii q̃ illud deferūt sunt pbri. q̃ si in caritate sunt multū prosūt ꝓpter orones ꝛ deuota desideria si nō tñ celebrant tunc aliis ꝓsunt. ꝛ sibi ipsis nocēt si celebrare negligūt ꝓ his quoꝝ debitores sunt tūc tā sibiipsis q̃ etiā illis mltipliciter nocēt. Et q: in seruitio tanto indigne ꝛ infideliter agūt. certa dānatio eis ꝓueniet a iusto iudice nisi in hac vita misericordiam cōsequentur.

OCtauo est aduertendum pro ampliori declaratio ne premissorum quod quamuis ecclesia non habz nisi hoc vnum sacrificium tamen melius prouisa est quam olim fuit synagoga que plura habuit. Et hoc propter tria que in donarijs placatiuis maxime attendi solet. Primo propter ipsius preciositatem et dignitatem. Secundo propter ipsius vtilitatem et commoditatem. Tertio propter ipsius effi catiam et virtuositatem. Hec namque reddunt quodlibz mu nus acceptum et per consequens placatiuum. Primo istud venerandum sacrificium preciosius et dignius est quam omnia sa crificia legalia. quia in eo continetur verus filius dei et fi lius virginis marie xps iesus rex regum et dominus dominantium: et passio eius representata quare non solum est gratum propter deuotionem offerentis. sicut illa. sz etiam gratissi mum propter seipsum neque vnquam de isto dici potuit sa crificium et oblationem noluisti aut non placuerunt tibi etc. sicut de illis scriptum legimus. Secundo est commodius et vti lius quam omnia illa. Hoc pz Nam ritus eius modestissimus est sine omni grauitate. mundissimus sine omni impuritate. facil limus sine omni difficultate. simplicissimus sine omni curio sitate ecce quam commodum est. Vt ei commodum quasi quod datum Usus eius etiam vtilissimus est: quia cum sit minime preciosita tis quo ad materiam et minime difficultatis quo ad excer citium ac minime sollicitudinis quo ad preparationem tamen omnibus illis aufertur que fuerunt valde preciosa operosa et curiosa. que re et dicuntur graue iugum quod non potuerunt portare pa tres illi: lz conuenienter fuerit impositum dure ceruici: Re uera non possunt efideles conqueri de hoc sacrificio et dicere quid tentatis imponere iugum grauissimum in humeros nostros quod nobis prodesse non poterit: sed magis gratias toto cor de agamus domino pijssimo qui suauissimum memoriale et mu nus peculiare ac solatium speciale nobis in hoc sacrificio

reliqt: quo salubriter vti possum⁹ ad oia q̄ nostre saluti expediunt. Tertio istud sacrificiū venerādū est maioris efficatie ꝛ ꝟtuositatis ad placādū ꝛ ipe trādū ꝙ tota illa grādissima ꝯgeries legaliū victimarū. hoc apl's aperte dicit. ro. viij. Qui etiā ꝓprio filio suo nō pepcit sed ꝑ nobis omnib⁹ tradidit illū Quomodo non etiā cum illo nobis oia donauit. ipe nāq̧ cū lachrymis et clamore valido. offerēs semet ipsum exauditus est pro sui reuerentia et fact⁹ est oib⁹ obtemꝑātib⁹ sibi causa salutis quare iā nihil dānationis aut desperatiōis siue pusillanimitatis aut defidētie est his q̄ sunt in xp̄o iesu. Hec sūt nobis maxime cōsolatoria ꝛ iocūda ꝙ diu em̄ in hac lachrimarū valle sum⁹ nō sic sum⁹ oipotētes aut oiscientes sicut sum⁹ omni uolētes. Multa siquidē volumus: sed pauca scimus et adhuc min⁹ possumus. Et ideo si nō haberemus informantē et adiuuantē inter tot et tāta pīcula nihil restaret nisi desperare: sed in hoc sūme consolamur ꝙ aliquid possum⁹ ꝑ gratiam bone volūtatis facere per quod meremur illud adipisci qđ ex nobis nō haberem⁹ scirem⁹ aut possemus. Hoc autem fit per hui⁹ salūtaris hostie immolationem: nam omnia que iuste aut pie a deo possumus petere per eā possum⁹ efficaciter impetrare. de hoc nullo mō est dubitandū alioquin non haberemus rectā fidem: sicut enim sacramēta efficiūt qđ significāt etiā sacrificia efficiūt qđ significāt. ꝓpriū aūt sacrificiorū significatū ē ꝙ deus ꝑ ea placatur. igr̄ si rite exhibētur verissime deū placāt deū honorificāt deū ad clemētiā ꝓuocāt ꝛ nobis qđ petim⁹ ipetrāt. Quod si alia minora sacrificia hoc potuerūt quātomagis illud excellātissimū quo nul=

